

## Marculf Ergänzung 2 (lat)

Domino sancto mihi que in Domino<sup>a</sup> peculiare patrono **illo ille** pape<sup>b</sup>

Cupiosam et superhabundantem pectoris vestri dulcedinem, quam circa devotionem persone meae vestram beatitudinem, pater amantissime, fateor, inplendis, siquis<sup>c</sup> illam, ut dignum est, vel corde possit concipere vel sermone valeat explicare? Quae tantum me sibi vinculo admirande caritatis adtraxit<sup>d</sup> ut ne<sup>e</sup> unius ore spatio ab illo mihi videar separare<sup>f</sup> conspectu, quem, et si praesentem non video, adtamen<sup>g</sup> intra pectoris habitaculum retineo conditum et reclausum. Quis enim tuae piet[at]i peculiaris non redditur, in quo tante<sup>h</sup> bonitatis beneficia continentur? Aut quem ad tuam dulcedinem non ducas invitum, cui<sup>i</sup> probabimus<sup>j</sup> animum ineffabilem caritatem<sup>k</sup> profusum? Qui<sup>l</sup> autem illud admiratione conplectar, cum te sic video cunctos diligere, ac si unumquemque de proprio visus sis<sup>l</sup> latere generasse? Quis vero filiorum superesse<sup>m</sup> desideret, ubi de<sup>n</sup> patrem et doctorem tante<sup>o</sup> humilitatis agnoscet<sup>p</sup> Aut, quamvis summo<sup>q</sup> nobilitatis discendat de culmine, cum te sic respicit suplicem<sup>r</sup> non se tuis vestigiis in terra provolutus extendat<sup>s</sup> Vere dico, si tumidum superbia deiecit<sup>t</sup> vos multum est laudabilis humilitas quod erexit<sup>u</sup> Quis denique illic esse possit iracundus aut turpidus, ubi sacerdos vel<sup>v</sup> pontifex tam placido<sup>w</sup> inventus. Sine rapacitate<sup>x</sup> grex vivere, ubi vivendi tranquillitas discitur a pastore. Quid de rebus reliquis referam? In quibus te sic inpendis in singulis, ut lauderis in cunctis. Que<sup>y</sup> tamen etsi imitare<sup>z</sup> non possumus, vel vidisse, quid<sup>aa</sup> imitare<sup>ab</sup> deceat, congaudemus. Quapropter dominatione<sup>ac</sup> vestrae peculiariter me commendans rogo et obtestor – si[c]<sup>ad</sup> ille domnus meus Martinus sua intercessione obteneat, ut cum ipso iuxta merita vestra in luce perpetua vos collocet<sup>ae</sup> divina misericordia<sup>af</sup> – ut pro me<sup>2</sup> humile<sup>ag</sup> filio et servo vestro ad eius beatum sepulcrum orare digneris et pro peccatorum meorum remissione pius intercessor accedas. Eos<sup>ah</sup> vero qui vestri sunt, omnis domnus<sup>ai</sup> et dulcis<sup>aj</sup> meos, reverenter saluto. Domnum meum dulcissimum<sup>ak</sup> filium vestrum **illum**<sup>al</sup> pro me multipliciter supplico salutare<sup>am</sup> Item domno meo<sup>an</sup> episcopo super vos venit<sup>ao</sup> benigno animo commendare<sup>ap</sup> deposco<sup>aq</sup>

<sup>a</sup>Domino] Deo *Leo, Rey*.

<sup>b</sup>illo ... pape] Eufronio papae Fortunatus *Leo, Rey*

<sup>c</sup>inplendis siquis] inpendisse quis *Leo, Rey*

<sup>d</sup>adtraxit] adstrinxit *Leo, Rey*

<sup>e</sup>ne] nec *Leo*

<sup>f</sup>separare] separari *Leo, Rey*

<sup>g</sup>adtamen] attamen *Leo, Rey*

<sup>h</sup>tante] tantae *Leo, Rey*

<sup>i</sup>cui] cuius *Leo, Rey*

<sup>j</sup>probabimus] probavimus *Leo, Rey*

<sup>k</sup>ineffabilem caritatem] ineffabili caritate *Leo, Rey*

<sup>l</sup>Qui] qua *Leo, Rey*

<sup>m</sup>superesse] superbus esse *Leo, Rey*

<sup>n</sup>de] te *Leo, Rey*

<sup>o</sup>tante] tantae *Leo, Rey*

<sup>p</sup>agnoscet] agnoscit *Leo, Rey*

<sup>q</sup>summo] summa *Rey*

<sup>r</sup>suplicem] supplicem *Leo, Rey*

<sup>s</sup>extendat] extendit *Leo, Rey*

<sup>t</sup>deiecit] deicit *Leo, Rey*

<sup>u</sup>erexit] erigit *Leo*

<sup>v</sup>vel] et *Leo, Rey*

- <sup>w</sup>placido] placidus es *Leo, Rey*  
<sup>x</sup>Sine rapacitate] Scit enim totus sine rapacitate *Leo, Rey*  
<sup>y</sup>Que] quae *Leo, Rey*  
<sup>z</sup>imitare] imitari *Leo, Rey*  
<sup>aa</sup>quid] quod *Leo, Rey*  
<sup>ab</sup>imitare] imitari *Leo, Rey*  
<sup>ac</sup>dominatione] dominationi et sanctitati *Leo, Rey*  
<sup>ad</sup>sic] sic *Leo, Rey*  
<sup>ae</sup>collocet] conlocet *Leo, Rey*  
<sup>af</sup>misericordia] für misericordie *P*<sup>12</sup>  
<sup>ag</sup>humile] humili *Leo, Rey*  
<sup>ah</sup>Eos] für eas *P*<sup>12</sup>  
<sup>ai</sup>omnis domnus] omnes domnos *Leo, Rey*  
<sup>aj</sup>dulcis] dulces *Leo, Rey*  
<sup>ak</sup>dulcissimum] per omnia dulcissimum *Leo, Rey*  
<sup>al</sup>illum] Aventium *Leo, Rey*  
<sup>am</sup>salutare] salutari *Leo, Rey*  
<sup>an</sup>Item ... meo] Domno meo Felici *Leo, Rey*  
<sup>ao</sup>super ... venit] si per vos venit me *Leo, Rey*  
<sup>ap</sup>commendare] commendari *Leo, Rey*  
<sup>aq</sup>deposco] deposco. Ora pro me *Leo, Rey*

<sup>1</sup>[fol. 126v]

<sup>2</sup>[fol. 127r]

